

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



**Explicit epistola ad philippenses. Incipit argumentum in epistolam ad colosenses.**

**C**olosenses. et hi sicut et laodiceenses sunt aliam: et ipsi preuenti erant a pseudo apostolis. Nec ad hos accessit ipse apostolus sed et hos per epistolam recorrigit. Audierant enim verbum ab arippo: qui et ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus scribit eis ab epheso per tichicum dyaconem et onesium acolitum.

**Explicit argumentum. Incipit epistola ad colosenses. Capitulum.**



**D**Aulus apostolus ihesu cristi per voluntatem dei. et thimothei fratris: hiis qui sunt colosis: sanctis et fidelibus fratribus in christo ihesu. Gratia vobis et pax a deo patre nostro. Graciam agimus deo et patri domini nostri ihesu christi semper pro vobis orantes: audientes fidem vestram in christo ihesu et dilectionem quam habet in sanctos omnes propter spem quam reposita est vobis in celo: quam audistis in verbo veritatis euangelii quod peruenit ad vos sicut et in universo mundo est: et fructificat et crescit sicut in vobis ex ea die qua audistis et agnouistis gratiam dei in veritate: sicut didicistis ab epafra carissimo nostro: qui est fidelis pro vobis minister christi ihesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Ideo et nos ex qua die audiui non cessamus pro vobis orantes: et postulantes ut implemini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali: ut ambuletis digne deo pro omnia placetes: in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia et longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo patri: qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: et transtulit in regnum filii dilectionis sue: in quo habemus redemptionem et remissionem peccatorum. Qui est ymago dei invisibilis. primogenitus

omnis creature: quoniam in ipso creata sunt vniuersa in celis et in terra visibilia et invisibilia. Siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Et ipse est ante omnes: et omnia in ipso consistunt. Et ipse est caput corporis ecclesie que est principium primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse prematum tenens. Quia in ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare: et per eum reconciliari omnia in ipso: pacificans per sanguinem crucis eius siue que in terra siue que in celis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati et inimici eius sensu: in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius pro morte. exhibere vos sanctos et immaculatos et irreprehensibiles coram ipso: si tamen permanet in fide fundati et stabiles et immobiles a spe euangelii quod audistis: quod predicatum est in vniuersa creatura que sub celo est: cuius factus sum ego paulus minister: qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis: et adimplebo ea que desunt passionum christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem dei que data est michi in vobis: ut impleam verbum dei: ministerium quod absconditum fuit a seculis et generationibus: nunc autem manifestum est sanctis eius quibus noluit deus notas facere diuicias glorie sacramenti huius in gentibus: quod est christus in vobis spes glorie: que nos annuntiamus: corripientes omnem hominem et docentes in omni sapientia: ut exhibeamus omnem hominem perfectum in christo ihesu: in quo et laboro certando secundum operationes eius quam operatur in me in virtute

**Capitulum**



**D**eo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis et pro hiis qui sunt laodicee. et quicumque non viderunt faciem meam in carne: ut consolentur corda ipsorum instructi in caritate et in omnes diuicias plenitudinis intellectus in agnitione misterii dei patris christi ihesu: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Hoc autem dico: ut nemo vos decipiat in subtilitate sermonum. Nam et si corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum gaudeo et video ordinem vestrum. et firmiter mametum. eius que in christo est fidei vestre. Sicut et ego accepistis ihesum christum dominum nostrum in ipso ambulante: radicati et superedificati in christo. et confirmati in fide sicut et didicistis: abundantes in illo in gratiarum actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam: secundum traditiones hominum.